

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1256

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Adam et aliis quam pluribus. ne igitur tam rationabile factum in posterum oblivioni tradatur, presentem cedulam sigillorum nostrorum munimine roboramus. datum in Argentina anno gratie 1256, kalendis marci.

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 3008 or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.

5 **398.** *Die Brüder Heinrich und Ludwig von Lichtenberg, Vögte von Straßburg, treten dem Landfriedensbunde der Stadt Straßburg und anderer Städte bei. 1256 März.*

Nos Heinricus et Ludowicus fratres domini de Liehtemberg advocati Argentinenses notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, nos civibus Argentinensibus nomine suo et aliarum civitatum, que pacis federa inierunt¹, jurasse pacem generalem fideliter conservandam et pro viribus eandem pacem tuendam et emendandam, quando necesse fuerit, quemadmodum predicta civitas Argentinensis et alie civitates conjurate juraverunt. e converso quoque consules et universi cives Argentinenses nomine suo et suorum fautorum nobis bona fide juramento interposito
15 promiserunt, in jure nostro nobis assistere et nos juvare ac fovere contra omnes nobis injuriam inferre volentes. in cujus memoriam ac stabilitatem presentes litteras dedimus prefatis civibus nostris sigillis roboratas. actum anno domini 1256, mense martio.

20 *S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 226^a mit der Ueberschrift: daz die von Liehtemberg und die von Strazburg enander schirmen und beholfen sin süllent.
Gedruckt darnach bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 167 nr. 9 = Laguille pr. p. 41 = Schaab Gesch. d. Rhein. Städtebundes II, 38 nr. 22.*

399. Rüdolfus dominus de Üsenberc de voluntate liberorum suorum et Heinrici marchionis de Hachberc generi sui permutationem facit de quibusdam bonis suis
25 propriis in banno ville sue Hunesvelt sitis, que Otericheshöwe dicuntur, omnibusque attinenciis suis cum preposito et conventu ecclesie sancti Arbogasti extra muros Argentinenses pro quibusdam bonis eorum in banno ville Hangendebüthenheim sitis, que sororius suus Anshelmus defunctus illi ecclesie contulerat. preterea Rüdolfus confitetur, tredecim marcas argenti a preposito et conventu illius ecclesie
30 sibi superadditas esse pro eo, quod bona ipsius meliora sint bonis ecclesie. «quod nos Rüdolfus». Heinricus episcopus Argentinensis, Heinricus marchio antedictus, Heinricus et Ludewicus fratres nobiles domini de Liethenberc et Rüdolfus ipse sigillant. facta est predicta permutacio anno domini 1256, proxima 5 feria post dominicam Judica me deus apud sanctum Arbogastum ante hostium monasterii,

35 ¹ *Die Stadt Straßburg war bereits bei der Gründung des Rheinischen Bundes im Juli 1254 betheiltigt, ohne dabei wie in der weitem Geschichte desselben eine singuläre Stellung einzunehmen. Betreffs der darauf bezüglichen Urkunden und Litteratur vergl. J. Weizsäcker Der Rheinische Bund 1254 S. 7—40.*

presentibus Johanne priore, Rüdolfo, Friderico, Heinrico, Hugone cellerario canonicis, fratre Walthero converso, nobili viro Ülrico de Egestat, Friderico milite dicto de Riegol, Hugone dicto de Berstete et aliis quam pluribus. 1256 April 6 vor dem St. Arbogastskloster bei Straßburg.

H aus Straßb. Hosp. A. docum. inut. lad. 14 fasc. 19 or. mb. c. 4 sig. pend.

5

400. Das Straßburger Domcapitel gibt dem Bischof, Probst, Dekan und dem Archidiacon Konrad von Wolfach Vollmacht zu einem Vergleich mit der Ritterschaft der Diocese und den Bürgern der Stadt Straßburg über die zum Schutz des Clerus erlassenen Synodalstatuten von 1251. 1256 Mai 24 Straßburg.

Nos capitulum ecclesie Argentinensis universis et singulis presentium inspec-
toribus volumus esse notum, quod, cum occasione statutorum a nobis et clero
nostre civitatis et diocesis editorum¹ vel etiam agregatorum et colligatione juramento
firmata ad executionem hujusmodi statutorum inter nos et clerum nostre civitatis et
diocesis ex parte una et nobiles ac ministeriales Argentinensis diocesis et cives
Argentinenses ex altera parte esset orta materia dissensionis, tandem de communi
consensu nostri capituli totiusque cleri nostre civitatis conpromisimus in dominum
nostrum^a episcopum . . . prepositum . . . decanum et C[onradum] de Wolva archi-
diaconum ecclesie nostre sub hac forma: dedimus enim et damus ipsis plenam et
liberam potestatem componendi, ordinandi vel disponendi cum ipsis laycis super
hiis, que in statutis nostris sunt posita, et colligatione hujusmodi statutorum jura-
mento firmata quoad executionem eorundem et eisdem annexis, ratum et firmum in
omnibus habentes, quicquid ordinaverint, disposuerint vel fecerint cum predictis
laycis de premissis. et si quid super hoc voluerint impetrare forsitan a superiore,
ipsos super hoc coadjuvabimus et operam dabimus bona fide. et nichil impediemus
fide media interposita de predictis; sed potius bona fide promovebimus, ut superius
est premissum. contra hanc etiam nostram promissionem et quicquid ab eisdem
super premissis ordinatum fuerit vel statutum, nichil impetrabimus vel impetrari
procurabimus a quocunque volentes, ut impetrata super hiis et impetranda viribus
careant et robore firmitatis; immo potius, quicquid in hiis statuerint vel ordina-
verint, ratum et gratum habebimus et inviolabiliter ac fideliter observabimus bona
fide nos ad id presentibus obligando. et in evidentiam ac probationem premissorum
ipsis tradimus presentes litteras sigillo nostri capituli communitas. actum Argentine
anno domini 1256, in vigilia ascensionis domini.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. sig. pend.

a) Vor der Abbreviatur \overline{nr} steht noch ein d, wohl ein Schreibfehler durch die vorhergehende Abkürzung \overline{dm} veranlaßt.

¹ Cfr. nr. 346.

401. *Pabst Alexander IV bestätigt dem Bischof und Clerus der Diocese Straßburg ihre gegen die Gewaltthaten der Laien an Geistlichen erlassenen Statuten von 1251. 1256 Juni 11 Anagni.*

Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo et dilectis
 5 filiis capitulo Argentinensi ac universis prelati et clericis Argentinensis civitatis et
 diocesis salutem et apostolicam benedictionem. hiis, que pro augmento ecclesia-
 stice libertatis provide statuuntur, libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem,
 ut intemerata consistent, cum nostro fuerint presidio communita. sane petitio vestra
 nobis exhibita continebat, quod, cum quidam cives Argentinenses perditionis filii
 10 nonnullos clericos et personas ecclesiasticas ordinis videlicet fratrum predicatorum
 diversis injuriis affecissent, quibusdam eorum graviter verberatis et quodam de
 ponte in aquam precipitato, quodam vero suspenso et alio afflicto diversis generibus
 tormentorum, tu frater episcope, ut, quos dei timor a malo non revocat, saltem
 pena cœrceat temporalis, de consilio et assensu dilectorum filiorum^a capituli,
 15 prelatorum et cleri tuorum deliberatione^b provida statuisti, ut, si quis laicus Argenti-
 nensis^c civitatis et diocesis aliquem clericum sive personam ecclesiasticam sacrilego
 ausu occidere aut membro mutilare presumpserit, officia et feuda, si qua tenebat
 ab ecclesiis vel personis ecclesiasticis predictarum civitatis et diocesis, ipso facto
 amittat et ex hiis nichil transeat ad heredes. adjecisti etiam, frater episcope, quod
 20 officia et feuda hujusmodi infra quindecim dies a die patrati sceleris per eos, ad
 quos eorum spectat collatio, aliis conferantur. insuper, tu frater episcope, de predic-
 torum^d capituli, prelatorum et cleri^e consilio et assensu contra laicos earundem
 civitatis et diocesis, qui hujusmodi scelera perpetrarent, et posteritates eorum
 quedam alia statuta edidisti honesta et juri consona, que redundant in augmentum
 25 ecclesiastice libertatis¹. nos itaque vestris supplicationibus inclinati statuta hujus-
 modi, prout sunt honesta et juri consona, habentes rata et grata ea auctoritate
 apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nulli ergo
 omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu
 temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
 30 omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incur-
 surum. datum Anagnie 3 idus junii, pontificatus nostri anno secundo².

*B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 58 or. mb. c. bulla pend., auf dem umgebogenen Rande unten
 rechts ein f, auf der Rückseite Jacobus minor, darunter Rescript[um] und unter diesem
 nach einem unleserlichen Worte capitulo anno secundo. Alle Vermerke scheinen von der
 gleichen Hand wie die Urkunde selbst herzurühren.*

a) dilectorum filiorum auf Rasur. b) leri—deliberatione auf Rasur. c) Argentinensis auf Rasur.
 d) de predictorum auf Rasur. e) cleri auf Rasur.

¹ Cfr. nr. 346.

² Unter dem gleichen Datum beauftragt Alexander IV den Erzbischof von Besançon, ut inquisita
 40 veritate excommunicet universitatem, consules etc. Argentinenses libertati ecclesiastice se opposcentes.
 Cfr. O. Posse *Analecta Vaticana* p. 7 nr. 83. Auf die obige Urkunde bezieht sich wohl der Vermerk der
 Vaticanischen Register dabei: scriptum de eo ipso capitulo Argentinensi et aliis.

402. *Bischof Heinrich und das Domcapitel von Straßburg setzen die Rechte der beiden Domcanoniker Johannes von Frankenstein und Alberts von Talmessingen an dem Tischgut in Lampertheim fest. 1256 Juli 4.*

H[einricus] dei gratia Argentinensis episcopus totumque capitulum ejusdem ecclesie geste rei noticiam. cum dilectis in Christo fratribus nostris, Johanni scilicet de Frankensten et Alberto de Talmessingen canonicis nostris, de mansurna in Lampertheim a diversis esset provisum executoribus, tandem de eorundem et de communi capituli voluntate sic extitit^a ordinatum, quod predicta mansurna cum omnibus suis fructibus et pertinentiis predicto capitulo cedet^b. ipsum capitulum prefatis nostris concanonice dabit singulis annis viginti libras Argentinensis monete legalis in festo beati Martini nec vendicabit sibi dictum capitulum quicquam juris in presentationibus ecclesiarum pro tempore vacantium; sed dicti Johannes et Albertus vel alter ipsorum secundum quod inter ipsos est ordinatum conferant pro tempore vite sue ecclesias, quarum collatio ad dictam mansurnam pertinet, cum officio communi scultetie in Lampertheim, ita tamen, quod, quociens ipsam scultetiam vacare contigerit, in optione sit capituli, utrum velint, decem libras Argentinenses dare predictis Johanni et Alberto vel eis relinquere potestatem conferendi et disponendi de eodem officio, prout voluerint. reliqua vero officia disponentur et ordinabuntur a capitulo prenotato. presidebunt etiam dicti Johannes et Albertus temporibus, cum dinc celebratur, judiciis apud Lampertheim tamquam mansurnarii vel alter ipsorum nomine amborum et judicabunt, prout mansurnarii actenus judicare consueverunt. nos prepositus Eberhardus de Sulze, Eberhardus de Entringen archidiaconi et Walrave canonici Argentinenses constituimus nos debitores principales predicti Johannis et Alberti pro capitulo supradicto promittentes fide data, quod, monicione ad domos nostras facta, presentabimus nos in claustrum Argentinense infra octo dies a tempore monicionis pro dicta pecunia numquam inde exituri, antequam plene dicta pecunia persolvatur. nosque capitulum obligamus nos dictis preposito Eberhardo de Sulze, Eberhardo de Entringen et Walrave, ut, si quod dampnum vel expensas occasione hujusmodi fecerint vel sustinuerint, ipsis reconpensabimus bona fide dantes eisdem potestatem^c, propria auctoritate distrahendi bona et redditus communitatis nostre usque ad dicte pecunie expensarum et dampnorum solutionem. hec omnia acta sunt et locum habent tempore vite predictorum Johannis et Alberti, salvo nichilominus jure prepositi ecclesie nostre et ipsius prepositure de beneficiis et officiiis vacationis tempore ab eodem conferendis secundum nostre ecclesie consuetudinem approbatam. actum anno domini 1256, 4 nonas julii.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2704 or. mb. c. 2 sig. pend. delapsis.
Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Grandidier Oeuvr. inéd. III, 396 nr. 471.*

a) *B* exutit. b) *B* cedentibus. c) *B* postestatem.

403. *Nicolaus Probst von St. Thomas und Official zu Straßburg bezeugt eine Güterschenkung Junta's, der Tochter des Straßburger Ritters Scholcelin, im Bann von Schüfersheim und Meistratzheim an das St. Nicolauskloster zu Straßburg. 1256 Juli 13.*

5 N[icolaus] prepositus sancti Thome officialis Argentinensis omnibus presentem paginam inspecturis perpetuam in domino salutem cum noticia subscriptorum. nove-
 rint universi, quos nosse fuerit oportunum, quod Junta filia . . . militis dicti
 Scholcelin civis Argentinensis comparens in iudicio nostro anno domini 1256
 10 publice ac protestata coram magistro R. plebano ecclesie in Vegersheim tunc vices
 nostras in iudiciis gerente, quod ipsa bona sua, que habuit in banno ville Scheffers-
 heim, solvencia annuatim septem quartalia siliginis et ordeï et bona sua sita in
 banno ville Meistersheim solvencia annuatim sex quartalia siliginis et ordeï divine
 remunerationis intuitu et in anime sue remedium contulerit, dederit et donaverit ac
 15 possessionem eorundem honorum tradiderit coram testibus subscriptis cenobio sancti
 Nicolai ad Canes extra muros Argentinenses tenenda ab eodem cenobio in perpetuum
 et possidenda. cujus Junte anniversarium dictum cenobium peraget in perpetuum
 cum vigiliis et missis singulis annis, sicut peragere consuevit anniversaria sororum
 suarum, ipsamque sepeliet, si apud idem cenobium elegerit sepulturam. quam
 20 donacionem renovans dicta Junta in forma iudicii coram dicto magistro R. petivit
 cum instancia, ut litteras nostras testimoniales super prefata donacione, ne aliqua
 in posterum super ipsa tam sollempniter coram honestis facta dubitacio suboriretur,
 cenobio conferremus antedicto. cujus petitioni rationabili et juste nos annuentes
 presentem paginam sigillo nostro munitam in perpetuam premissorum memoriam
 25 sepedicto cenobio duximus conferendam anno domini et quinta feria antedictis. sunt
 autem hii testes, qui predictæ donacioni interfuerunt: Gerungus et Eberhardus
 fratres de ordine predicatorum, Helfericus miles de Kunegeshoven, frater Henricus
 conversus dicti cenobii, Gerungus de Hagenoungia, Henricus Marsilii junior, Sigelinus
 de Rûmolzwilre, Hartungus de Rotsheim, Hedewic filia dicti Scholcelin cives
 30 Argentinenses et alii quam plures.

1256
Juli 13

S aus Straßb. St. A. lad. n. Nicolai in undis M or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes Siegel des Straßburger Officials.

404. *Das Straßburger Domcapitel verzeichnet die Stiftung eines besonderen Kirchengesangs an Mariä Verkündigung durch seinen Pfründner und ehemaligen Kämmerer Konrad. 1256 Juli 24.*

März 25

Nos Walterus prepositus, Bertoldus decanus, Heinricus cantor¹, C[onradus] 5
 scolasticus et totum capitulum Argentinensis ecclesie omnibus presentis pagine
 inspectoribus et tenoris ejusdem auditoribus volumus esse notum, quod Conradus
 prebendarius et quondam camerarius ecclesie nostre zelo pietatis ductus, ob reve-
 rentiam et honorem beate et gloriose virginis Marie ac in remedium sue anime,
 cum in annunciatione dominica, que propriam habet historiam, videlicet « ingressus
 augustus », eadem in choro nostro non cantaretur secundum consuetudinem anti- 10
 quam ecclesie nostre, quam Martinus sacerdos olim edificavit ibidem, dedit, contulit et
 assignavit ecclesie nostre de nostra omnium voluntate et consensu tenendam ab
 ipsa in perpetuum possidendam sub hac forma, quod chorus noster deinceps in per- 15
 petuum singulis annis solempniter cantabit predictam historiam « ingressus augustus »
 in festo annunciationis predicte ad matutinas. et in sequentiam illam « supreme
 matris gaudia » per circulum anni cantabunt, cum fuerit oportunum, in festis mar-
 tirum confessorum atque virginum, que proprias sequentias non habent. et predicti
 sex^a solidi annuatim dividuntur ad matutinas inter canonicos et prebendarios, qui 20
 interfuerint matutinis, et sicut in perceptione prebendarum, quam diu Conradus
 vixerit jam dictus; ipso vero viam universe carnis ingresso 5 solidi de predictis 10
 solidis dividuntur in predicta annunciatione secundum modum predictum et alii 5
 solidi in die anniversarii ejusdem Conradi, quem chorus noster peraget in vigiliis
 et missis, singulis annis similiter dividuntur^b secundum modum prefatum. ut autem 25
 nos et nostri successores premissa, sicut decens est et honestum, firma et stabilia
 servemus in perpetuum ipsa fideliter adimplenda, presentem paginam in perpetuum
 memoriam predictorum confectam regule nostre, sicut moris est et consuetudinis,
 fecimus inscribi, anno domini 1256, in vigilia beati Jacobi apostoli, de nostra
 omnium voluntate et consensu. 30

Aus Grandidier Oeuvr. inéd. III, 398 nr. 473 (ex libro regulæ summi capituli Argentin. fol. 100).

a) Doch wohl decem, falls der Text nicht durch Auslassungen corrumpt ist. b) Grandidier dividetur.

¹ An den Straßburger Domsänger Heinrich von Geroldseck verpachtet das Kloster St. Blasien zwei Höfe zu Sässolsheim und Wisentowe, 1256 Juni 25—Juli 7 (post festum b. Johannis baptiste infra quindecim dies). U. A. sigelt Walram canonicus Argentinensis. *Vergl. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XV, 161 nach dem Original im Karlsr. G. L. A.*

405. *Der Cardinallegat Hugo trägt dem Prior der Dominikaner und dem Guardian der Franciskaner zu Straßburg auf, Bischof und Clerus der Diocese Straßburg von ihrem Eide auf ihre Kirchenschutzstatuten des Jahrs 1251 zu lösen. 1256 September 15 Anagni.*

5 Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbiter cardinalis religiosus viris . . . priori fratrum predicatorum et . . . guardiano fratrum minorum Argentinensium salutem in domino. ex parte venerabilis patris . . . episcopi et dilectorum in Christo capituli et cleri Argentinensis civitatis et diocesis fuit propositum coram nobis, quod, cum olim^a occasione generalis discordie tempore quondam Friderici
10 imperatoris et C[onradi] nati ejus eisdem episcopo et clero a laicis ipsi principi et filio adherentibus gravamina quasi importabilia inferrentur et dampna, ipsi ad hujusmodi malicie resistendum et tantam injuriam repellendam contra hujusmodi malefactores quedam statuta¹ pro ecclesie et ecclesiasticarum personarum libertate ab
15 eis edita observare^b in posterum juraverunt, nunc vero, divina gratia facienteurbatione cessante ac pace ibidem generaliter reformata, per eadem statuta scandalum generatur in populo et ea in non modicam ecclesiarum Argentinensis civitatis et diocesis lesionem redundare noscuntur. quare supplicarunt humiliter juramentum hujusmodi per sedem apostolicam relaxari. nos igitur auctoritate domini pape, cujus
20 pœnitentiarie curam gerimus, discretioni vestre committimus, quatinus, inquisita super hiis diligentius veritate, si premissis veritas suffragetur, episcopum, prelatos et clericos supradictos ab observatione juramenti hujusmodi absolvatis, injuncta eis super premissis pœnitentia salutari. datum Anagnie 17 kalendas octobris, pontificatus domini Alexandri pape quarti anno secundo.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. sig. pend.

25 *Gedruckt darnach bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 166 nr. 8 = Lünig XVII, 873 nr. 15. Ohne Quellenangabe bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 399 nr. 474.*

406. *Das Capitel von Jung St. Peter zu Straßburg trifft mit den Franciskanerinnen, die sich innerhalb seiner Parochie angesiedelt haben, einen Vergleich über ihre gegenseitige Rechtsstellung. 1256 November 25.*

30 Heinricus prepositus ecclesie sancti Petri junioris Argentinensis civitatis, decanus, custos totumque capitulum ejusdem ecclesie omnibus presentem inspecturis cedula salutem in omnium salvatore. quoniam brevis est vita hominum et labilis memoria, ea, que geruntur in tempore, oblivione frequentius obfuscantur, nisi viva voce testium vel scripture patrocinio roborentur. hinc est quod presentis
35 scripti testimonio notum facimus tam presentibus quam futuris, quod super contro-

a) bis—olim auf *Raxur*. b) *S* observate.

¹ *Cfr. nr. 346.*

versia, que inter nos et capitulum nostrum ex parte una et sorores sancti Frantzissi ordinis sancti Damiani ejusdem civitatis ex altera vertebatur ex eo, quod dicte sorores infra fines parrochie nostre claustrum construxerunt, per quod ecclesiam nostram grave dispendium incurrere timuimus, talis compositio deliberatione provida intercessit: videlicet quod predictae sorores in reconpensationem dampni, quod ex earum edificatione nobis imminet, redditus viginti quartalia siliginis annuatim solventes infra tria miliaria ex ista parte Reni assignabunt ecclesie nostre libere possidendos. et quia dicte sorores nobis certos pro jam dicta pensione nondum redditus assignarunt, dominus H[einricus] Marsilius civis Argentinensis mansum unum apud villam inferius Husbergen ecclesie nostre resignavit libere nosque in ipsius possessionem induxit tam diu pacifice possidendum, quousque ex parte dictarum sororum prescripti redditus in modum prehabitu assignati nobis fuerint et in eorundem possessionem inducti fuerimus pacificam et quietam. nos etiam ipsas sorores oblationes libere recipere permittimus a quocunque. ad sepulturam vero parrochianos nostros recipiant, si de custodis et decani capituli nostri nunc existentium^a vel qui pro tempore fuerint processerint voluntate. insuper nos conventum sororum dicti claustrum necnon et ipsius familiam cum omnibus suis attinentiis ulterius permittimus, omni actione remota, liberum et quietum. ut autem hec compositio rata maneat et a nullo in posterum violetur, presentem cedula[m] sigillo capituli nostri signavimus in robur perpetue firmitatis. nos abbatissa et conventus sancti Frantzissi dictam compositionem nomine nostro factam ratam habentes per omnia et acceptam sigillum nostrum in premissorum testimonium presentibus similiter duximus appendendum. acta sunt hec anno incarnationis dominice 1256, 7 kalendas decembris.

H aus Straßb. Hosp. A. docum. inut. lad. 51 fasc. 9 cop. mb. sec. XIV.

25

407. *Bischof Heinrich von Straßburg beschließt in Gemeinschaft mit dem Domcapitel, dessen Bäcker- und Zapfenamt, die bisher dem Kellermeister unterstanden und von Laien verwaltet wurden, zu gemeinem Nutz und zur Verfügung des Capitels zu stellen. 1256.*

Heinricus dei gratia Argentinensis episcopus universis et singulis presentium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. considerantes, quod per laicos, qui hactenus longis retroactis temporibus preerant officiis pistorie videlicet et officio spine, quod vulgo dicitur zaphenambaht, in majori ecclesia Argentinensi canonicis et prebendariis ipsius ecclesie in prebendis ipsorum eis per eosdem laicos amministrandis non leves injurie et dampna gravia sunt illata et quod ex hoc ad aures nostras et prelatorum ipsius ecclesie ex parte canonicorum et prebendariorum ejusdem querele non semel sed sepius sunt perlate, provida deliberatione de unanimi consensu et voluntate eorum, qui tunc eisdem officiis preerant et ad quos eorundem

a) *H* existentibus.